



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv

More, Henry

Avdomari, 1660

Humphredi Woodward, Edmundi Harewood, Simonis Hunt, Richardi
Tancred. n. 23.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38320

Robertus
Ardrenus

transmissus est, tum Alumnis Seminarij, tum Anglis institutoribus futurus à Confessionibus; vbi conualescens, laborum simul & vitæ finem accepit, post annum sexcentimum decimum quintum. *Robertus Ardrenus* Ciceſtrenſis, admiſſus Louanij ſeptimo Aprilis anni ſexageſimi quinti, per omnia penè Societatis Miniſteria gnauum ſe probauit operarium: nam & humaniora & Matheſim explicuiſſe memoratur, & ſanctus muneribus Miniſtri, Procuratoris, Praefecti ſpiritus, Concionatoris, Penitentiarii in Lauretana, & Sancti Petri aede; quo tamen loco ad ſupernæ felicitatis præmia euolauerit non reperio. Hos habuit Septemtrio.

In Italia
qui clarue-
re.

Humphre-
dus Woodward.

Habetur in
in Collo.
Romæ in-
ter M. SS.

XXIII. Hoſpitii & educationis nomine quantum Italiæ atque Hiſpaniæ debeat Anglia, tam cunctis per Europam gentibus eſt perſpectum, tam peruulgatum, vt neque ſilere fas ſit, nè ingrati, neque ſat promptum dicere nè in ſummo beneficio minus eloquentes videamur; & quanquam aëris victuſque à natiuo diſcrepantia interitum multis attulerit, plures tamen vtraque reddidit Angliæ quam ſuſtulit operarios. *Humphredi Woodward* celebris eſt memoria Mediolani; vbi ſacros codices annis pluribus inſigni cum opinione recondita eruditionis explicuit, & Pfalmos Dauidicos docto Commentario illuſtrauit; Eius Commentarii meminit Poſſeuinus in Apparatu; & extare in hunc diem manu ſcriptum ea in Prouincia locuples eſt teſtis Ioannes Stephanus Menochius, qui ei Prouinciæ & Romanæ quondam præfuit, eodem in genere ſcriptor inter laudatiſſimos. *Humphredum* cum trigefimo Nouembris anni octogefimi ſeptimi exceſſiſſet è viuſ, literæ Breranae hoc elogio ornant, "Obiit *Humphredus* Anglus Sacerdos, mira vir eruditione, & ſcientiâ Dei colendi.)

Edmondus.
Harevvod.

Richardus
Tancred.

Thomas
VVarcoppus.

Edmundum Harevvod poſt gradum in Philoſophia adeptum antequam in Societatem adlegeretur, & Theologiæ deinde ſtadium Romæ decurſum, vrbs perpetuum habuit inquilinum. Nam vel apud Sanctum Petrum Penitentiarius, vel in Anglorum Seminario Miniſter, annos vndeſuiginti expleſſe reperitur: tum valetudinis reſarciendæ cauſa delatus ad domum Probationis in monte Quirinali, ſanctè eſt perhibetur obiſſe, vndecimo calendas Octobris anni nonageſimi ſeptimi. *Simon* etiam *Hunt* ante Edmundum, vigefimo ſeptimo Aprilis anni ſeptuageſimi octauo admiſſus, dum eodem Penitentiarij munere fungeretur, diem obiit 11. Iunij, anni octogefimi quinti. *Richardus* verò *Tancredus* viginti duorum annorum iuuenis, ſtudiis Olomutij & Pragæ decurſis, traditiſque per biennium græcis literis Viennæ, vocatus in Italiam, diem clauſit extremum Patauij, tertio decimo Septembris anni ſupra quingentefimum nouageſimi ſexti.

XXIV. *Thomam* quoque *VVarcoppum* vidit Sicilia non diu quidem ſuperſtitem, ſed memorabili Dei miſericordiâ commotum, vt deſerta hæreſi in qua educatus, orthodoxam fidem, ac deinde ſanctiorem viuendi rationem amplecteretur. Tertium & vigefimum annum attingerat, litteris non leuiter tinctus, & in tractandis quaſtionibus ab Nouatoribus in diſceptatione